

# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN


## RESOLUCIÓN

de la Sagrada Congregación del Concilio referente á matrimonios  
hechos por mutua delegación de los Párrocos

*Colonien.—Dubium Matrimonii ortum ex mutua delegatione  
parochorum inter se.—Die 18 Martii 1893.—Sess. 24  
cap. 1 De refor. matrim.*

Compendium facti: Ordinarius Posnaniensis a die 22 Maii 1889 haec significabat: «In civitate Posnaniensi, regno Borussico, ubi plures existunt parochiae, non raro accidit sponsos, derelicta, in scio proprio parocho, parochia, in qua domicilium per longius habuerunt tempus, et aggresso domicilio in alia ejusdem civitatis parochia, nihilominus in veteri parochia proclamare se facere, et ibidem dolose matrimonium contrahere. Cum parochi civitatis hunc dolum detexissent, ad praecavenda futura invalida matrimonia, generatim mutuo se delegarunt, ut quotiescumque supra memoratus dolus ex parte sponsorum reiteraretur, tamquam delegati proprii parochi valide matrimonio ineundo talium sponsorum assistere possent. Nunc tamen dubium eis venit, an revera facultas eis inesset talem generalem delegationem sibi mutuo concedere, et Vicariatum generalem adierunt, ut ipse omnibus civitatis Posnaniensis parochis facultatem tribueret assistendi valide matrimoniis omnibus alienorum parochianorum civitatis praefatae in casibus, in quibus ab iis pertinentia ad parochiam simularetur.»

«Vicarius generalis non minora tamen fovet dubia quoad



talem introducendam primum et quoad competentem sibi in hoc casu facultatem, quam quoad primum per plures annos, inscio loci Ordinario, a parochis civitatis Posnaniae observatam—et ideo Sanctitati Vestrae supplicat ut declarare dignetur:

»a) Quid de praxi parochorum civitatis Posnaniensis adhuc observata, mutuo in genere se delegandi pro tempore indeterminato ad assistendum matrimoniiis sponsorum simulantium domicilium, sit tenendum?

»b) Si haec praxis non probaretur, an valeat Vicariatus generalis generatim concedere facultatem parochis civitatis Posnaniae de qua sermo?

»c) Si praxis ad—a—memorata improbaretur, dignetur, Sanctitas Vestra sanare quoad praeteritum omnia matrimonia, vigore hujus praxis invalide inita.»

Omnibus perpensis, rescriptum fuit die 20 Julii 1889.  
*Quoad praeteritum pro sanatione: quoad dubia primum non esse probandam, sed requiri in singulis casibus expressam validam delegationem.* Haec vero responsio cum Archiepiscopo Coloniensi innotuerit; sequenti ratione interpellavit S. C. C.: «In civitate hac Coloniensi in qua novemdecim existunt parochiae catholicae et circiter 150.000 numerantur catholicorum, non raro accidit, quod sponsa, v. gr. ancilla, proclamationibus expeditis parochiam derelinquit, et tamen coram hoc parocho dolose matrimonium contrahit, fingens se in hujus parochia, in qua proclamationes factae sunt, adhuc habitare.

«Quare ad praecavenda invalida matrimonia<sup>1</sup> parochi hujus civitatis, multis ab hinc annis, se mutuo delegaverunt in hunc modum ut parochus qui tempore, quo proclamationes exspectabantur, parochus proprius sponsae erat, inde per tres menses matrimonio ejus assistere valeat, etiamsi sponsa, hac parochia derelicta, in alia parochia hujus civitatis tempore matrimonii habitat. Quam quidem conventionem adhibita facultate subdelegandi praedecessor meus Emus. Card. Melcher postea, anno seilicet 1866, confirmaverat, eaque confirmatio delegationem Ordinarii exhibere videtur. Quamvis vero, postquam gubernationem hujus Archidioecesis suscepi, similis a me confirmatio seu approbatio istius praxis statim expetita non sit, parochi Coloniensis tamen eam sunt secuti.

»Similes ob causas in civitate Aquisgranensi existebat ab immemoriali tempore, ut parochi asserunt, usus juxta quem propter frequentem habitationis mutationem ex parte ancillarum, mercenariorum et pauperum, parochus in cuius parochia sponsa habitat dum proclamationes expetit ejus matrimonio assistere possit, etiamsi sponsa tempore proclamationum in aliam parochiam ejusdem civitatis transmigret. Quem usum, a parochis Aquisgranensibus anno 1840 renovatum, Vicarius generalis archiepiscopalis die 14 Novembris 1840 tamquam valori matrimoniorum faventem approbavit. Utilis sane est talis dispositio, quaque valor matrimonii non raro salvaretur.

»Altamen cum S. C. Concilii die 20 Julii h. a. in causa Posnaniensi declaravit conventionem similem parochorum Posnaniensium haud esse probandam, S. V. enixe rogatur ut declarare dignetur:

»1.º An Ordinario liceat parochis civitatis Coloniensis aliorumque oppidorum numerosiorum, cum facultate subdelegandi, delegare facultatem generaliorem matrimonio assistendi, de qua sermo?

»Et quatenus negative.

»2.º S. V. dignetur Archiepiscopo oratori facultatem concedere, qua talem delegationem assistendi matrimonio in casu exposito parochis civitatis Coloniensis et oppidorum numerosiorum Archidioecesis Coloniensis concedere valeat.

»3.º S. V. enixe quoque supplico ut matrimonia, si quae ex hac praxi et conventione invalida in hac Archidioecesis Coloniensi contracta sunt, benigne dignetur sanare.»

Sub die 6 Septembris 1890 proposita fuit, et dimissa responsio:

«Dilata et exquiratur votum duorum consultorum.»

In praeterito folio, inter caetera observatum fuerat, necessitatem generalis delegationis inter parochos haud unde quaque perspectam esse quippe quoniam ad impediendum ne famuli, mercenarii, aliique de quibus quaestio, ex mutato inopinata domilio nulliter contrahant, potiusquam ad mutuam generalem delegationem recurrere id unum sufficere videretur, ut parochus vel pridie vel ipsa nuptiarum die a sponsis exquireret, ubinam actu ii habitent, eosque de gravitate negotii moneat,

et detecta fraude, aut eos ad proprium parochum remittat, aut, obtenta continuo a proprio parocho sive Ordinario expressa et speciali licentia, matrimonium ipse pro casuum diversitate consecret. Haec vero perlegens amplissimus Coloniensis Praesul, ut peculiares locorum circumstantiae et recepti mores plenius EE. VV. innotescerent, sequentia perpendenda die 5 Decembris 1890 adjungebat:

»1.º Saepissime impossibile erit pridie nuptiarum a sponsis denuo locum domicilii exquirere, quum die tantum nuptiarum non raro ad ecclesiam veniant, ut sacramenta suscipient et matrimonium contrahant, atque aegerrime ferrent, si matrimonium differretur ad licentiam proprii parochi exquirendam.

»2.º Timendum est, ne sponsi mentirentur ad dilationem matrimonii et expensas vitandas, praesertim, quando jam cum testibus in ecclesia ad matrimonium contrahendum adsint.

»3.º Immo bona fide interdum in errore circa domicilium versari possunt, quippe qui domicilium civile declaratione coram magistratum civili etiam actuali habitatione nondum incopta contrahunt, etiam domicilium ecclesiasticum ad matrimonium contrahendum constituere opinantur.

»4.º Cum ad matrimonium in facie ecclesiae contrahendum nonnisi post contractum matrimonium civile se sistant, timendum est, ne sponsi, cum parochus matrimonium ad quod omnia parata sunt, differret, recedant solo matrimonio civili contenti.

»5.º In matrimoniis mixtis, quae ;proh dolor! hisce in regionibus frequentiora sunt, timendum quoque est, ne sponsi, priusquam dilationi consentiant, ministrum haereticum adeant coram eo matrimonium contracturi, quo casu etiam liberorum salus maxime periclitaretur.»

(Sequuntur: Votum Theologi, Votum Canonistae et alia in extensum relata).

Dubia diluenda:

I. An constet de nullitate matrimoniorum quae contrahuntur juxta primum, de qua in casu, ab Emo. Archiepiscopo Coloniensi proposito.

Et quatenus negative.

II. An supplicandum sit SSmo. pro convalidatione ejusdem praxis quoad futurum in casu.

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Concilii sub die 18 Martii 1893, caussa discussa, censuit respondere: Ad I. Negative et ad mentem. Ad II. Provisum in primo. — (*Acta de S. Sedis fasciculo pro mense Junii 1893.*)

---

**RESOLUCIÓN**  
de la Dirección general de los Registros Civil y de la  
Propiedad, y del Notariado.

---

**SOBRE CAPELLANÍAS.**

---

(*Descripción de los bienes dotales de las mismas*). — Resolución de 7 de Julio estableciendo que procede la inscripción á nombre de los adjudicatarios aun cuando la sentencia que reconoce el derecho de los mismos no describa los bienes á que se refiere, si se remite á la escritura de fundación en que aparecen expresados, etc. No es necesaria, para inscribir, la orden ministerial que exceptúe tales bienes de la desamortización.

Dictada sentencia, que fué firme, adjudicando los bienes dotales de cierta capellanía familiar á determinadas personas y diciendo que eran aquéllos los expresados en la escritura de fundación, se presentaron ésta, la sentencia, una certificación del delegado accidental de capellanías en que se describía la dotación de la de autos, y otra certificación de haber sido commutadas las cargas canónicas, al registrador de Puenteáreas para que inscribiera tales bienes á favor de los adjudicatarios de los mismos; pero el registrador denegó la inscripción por no constar fehacientemente descritas las fincas á que había de referirse, y no haberse presentado la orden administrativa que las exceptuara de la desamortización.

Entablado recurso gubernativo contra esta nota, es revocada por los siguientes fundamentos:

«Vistos los artículos 21 y 313 del reglamento dictado para la ejecución de la ley hipotecaria:

Vista la R. O. de 7 de Octubre de 1867:

Visto el R. D. de 27 de Julio de 1868:

Visto el D. de 22 de Agosto de 1874:

Considerando que en la parte dispositiva de la sentencia de 13 de Mayo de 1890, declaratoria de quiénes tienen mejor derecho á los bienes que constituyeron la capellanía colativa familiar fundada por D. Antonio Ramirez de Castro, bajo la advocación de San Antonio de Pádua, dícese claramente que los bienes de dicha capellanía, que han pasado á la condición de libres por commutación canónica, y que en tal concepto se adjudican á los demandantes, son los que se describen en la escritura de fundación:

Considerando que presentada ésta al Registro, cual lo ha sido, puede y debe estimarse la descripción de las fincas que contiene como formando parte integrante de aquel fallo, máxime mediando estas circunstancias: primera, que en uno de los resultados de la sentencia se hace de tales fincas una sumaria indicación, que en un todo coincide con el expresado título; y segunda, que ha seguido del testimonio de la sentencia librado para la inscripción de la adjudicación en el Registro, testimonióse también por el actuario un certificado relativo al expediente de commutación canónica, en que se describen los aludidos inmuebles, y confrontando los datos que en este particular ofrece ese documento con los de la escritura fundacional, se advierte cabal conformidad en cuanto á los nombres de los once predios, su situación y cabida, coincidiendo también en lo que atañe á los linderos naturales:

Considerando que, aunque en la dicha escritura de fundación como documento antiguo no se describen las fincas con estricta sujeción á lo que exige la ley hipotecaria, pues no se determinan los linderos por los cuatro puntos cardinales, supletal deficiencia la certificación del delegado accidental de capellanías á que antes se ha aludido, y que á no dudar tiene más valor, al efecto de identificar los inmuebles, que una simple nota adicional, según se infiere del artículo 313 del reglamento hipotecario y del número 4.<sup>º</sup> de la R. O. de 7 de Octubre de 1867:

Considerando que de lo dicho se infiere: primero, no está en lo cierto el registrador cuando exige le presenten los interesados una nota adicional que hace de todo punto innecesaria la certificación mencionada; y segundo, que ofreciendo estos tres documentos la sentencia, la escritura de fundación y el certifi-

cado, una titulación cumplida, no había para qué instruir el expediente judicial encaminado á comprobar qué fincas constituyeron la dotación de la capellanía, ni es hoy preciso discutir el valor jurídico de tal información:

Considerando que por todo lo dicho es notorio haya sido cumplido el art. 4.<sup>o</sup> del R. D. de 27 de Julio de 1868, ya que para la inscripción pro indiviso á favor de los adjudicatarios, hanse presentado al registrador la ejecutoria, la escritura de fundación y el documento justificativo de la conmutación, sin que sea además indispensable la orden ministerial de excepción, dado que en el juicio intervino el Ministerio fiscal, y es en el particular terminante el Decreto de 22 de Agosto de 1874.» (Resolución 7 Julio 1893.—*Gaceta 13 Septiembre*).

---

### NUEVA TELA PARA ORNAMENTOS SAGRADOS

---

El Rmo. Sr. Obispo de la Diócesis cenutnese presentó hace pocos meses á la Sagrada Congregación de Ritos un tejido fabricado por uno de sus diocesanos, llamado José Pascual, compuesto de fibras extraídas de las ramas más tiernas de la morera, convenientemente elaboradas, de las que resulta tela muy consistente y vistosa, parecida á las de seda. A fin de que la Sagrada Congregación pudiese formar pleno juicio de la naturaleza y condiciones de esta muestra de nueva tela, el referido fabricante D. José Pascual remitió con esta otra muestra de seda pura, y otra tejida con seda y materias textiles de la morera.

La Sagrada Congregación nombró como principal perito para emitir dictámen al eminente naturalista José Antonelli, Profesor de Ciencias Naturales en los Liceos y Gimnasios de San Pedro en el Vaticano, quien, después de minucioso examen y detenido análisis, declara que la materia textil obtenida de la corteza de la morera puede emplearse en la fabricación de telas que resultan consistentes y pueden parecer y hacer el uso de éstas.

En su consecuencia, la Sagrada Congregación se dignó dirigir á Mons. Brandolini el siguiente documento de aprobación:

Ceneten.—Rme. Domine uti Frater: Minime latet Amplitudinem Tuam preces a D. Josepho Pasqualis istius Dioeceseos Ceneten, huic Sacrae Rituum Congregationi fuisse prorrectas,

ut quoddam texsum a se nuper confectum ex serico et mori fibris cuius plurima et variata specimina transmisit, pro sacris paramentis efficiendis licite adhiberi posset.

Sacra porro Congregatio ea de re peritorum sententiis exquisitis, in Ordinario Coeto ad Vaticanum die 15 vertentis mensis habito, ejusmodi precibus resribere rata est:

*Posse adhiberi*, dummodo textum de quo agitur, numquam, nova adiecta materia, immutetur. Haec dum pro mei muneris ratione Amplitudini Tuae signifco, ut ipsa Domino Pasqualis faveat hoc rescriptum communicare, diuturnam ex animo felicitatem adprecor.

Amplitudinis Tuae Uti.--Frater.--Romae, die 21 Aprilis 1893.  
—Rmo. Dño. uti Fratri, SEGISMUNDUS BRANDOLINI ROTA, Episcopo Ceneten.—CAJETANUS CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Praefectus.—VINCENTIUS NUSSI, S. R. C. Secretarius.

---

## ANUNCIOS.

---

### COLECCIÓN DE LA LEGISLACIÓN CIVIL Y PENAL

necesaria para el desempeño  
de la cura parroquial adaptada á las actuales circunstancias del Sacerdote  
por un Presbítero.

Contiene las materias siguientes: Fuero Eclesiástico. Libros parroquiales. Matrimonio. Matrimonios militares. Cuestiones matrimoniales: Tributos y cargas. Impuesto de consumos. Arbitrios municipales y provinciales. El Parroco y el Maestro. El delito de irreverencia en el templo y fuera en el ejercicio del culto católico. Reparación de templos. Cementerios. Sepultura eclesiástica. Testamentos tres tratados, y Cargos eclesiásticos.

Con dichos epígrafes se tratan todas las materias relativas de actualidad acompañando sus formularios en su lugar conveniente.

Consta la obra de unas 300 páginas, y el precio del ejemplar es de 2·50 ptas. franco de porte.

Dirigirse para su adquisición á L. Corominas, Mayor, 12, Lérida, y en todas las librerías Religiosas de España. En León: Sres. Herederos de Miñón, y en Palencia: Pascual Ruiz Galán.